Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26251
Copyright: Admont, Benediktinerstift

telligebant. in quo implebantur que legebant.
Inuenit quoque ihesus asellum. & sedit super eum sicut scrip-
tum est. Noli timere filia syon. ecce rex tuus uenit
tibi mansuetus sedens super pullum asine. Hec filia
syon cui dicuntur ista dicitur in illis erat ouibus.
que uocem pastoris audiebant. In illa erat mul-
titudine que dominum uenientem tanta deuotione
laudabat. tanta agmina deducebat ei. Dictum
est. noli timere. illum agnosce qui a te laudatur. Et
noli trepidare cum loquitur. quia ille sanguis funditur.
per quem tuum delictum deleatur. & uita redimatur.
Sedet super pullum asine. in quo nemo sederat.
hoc enim apud alios euangelistas inuenitur. Intel-
ligitur populus gentium qui legem domini non acceperant.
Super asinam uero sedet quia utrumque iumentum domino ad
ductum est. plebem que ei ueniebat ex populo israhel non
indomitam. sed que presepe domini agnouit. Hec discipuli
eius non cognouerunt primum. sed quando glorificatus est
ihesus id est quando uirtutem sue resurrectionis
ostendit. Tunc recordati sunt quia hec erant scrip-